



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Cap. 6. Circa Dominium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

S E C T I O S E C V N D A.

De Dominio Dubia.

CAPVT VI.

Circa Dominium.

D V B I V M I.

An in iis rebus, quæ usu consumuntur, usus distinguatur à Dominio.

47
Non distinguuntur.



ON distinguuntur. Quia Ioannes XXII. in extranag. quæ incipit, *Ad conditorem*, & in duobus sequentibus, de verb. signif. contendit, in iis rebus, quæ usu consumuntur, ius ad vsum non distingui ab eorum Dominio. Et nè alicui dubium esset, Fratres Minores Dominium habere rebus, quibus vtuntur, à se, sedeqne Apostolica prædictum Dominium abdicauit, & in ipsos transtulit. Et quidem in rebus usu consumptilibus non debet seorsim computari vltus rei à re ipsa, cuiusque concedatur usus: hoc enim ipso quod conceditur res, transferatur Dominium, ideoque si qui seorsim vellet vendere vinum, & seorsim vinum, bis eandem rem venderet, sic D. Thom. 2. 2. q. 78. artic. 1.

48
Distinguitur procul dubio.

Distinguitur planè. Quia si quis ius habeat vtendi pecunia, cibo, vestibus, aliisque rebus usu consumptilibus dependenter à voluntate illius, qui Dominus illarum rerum est: iuste illis vtitur, dum Dominus non contradicit, & tamen in eo usu nullum actum Domini exercet. Vt videre est in conuiuia, quem ad prandium inuitas, cui vsum ciborum concedis, nullo concessio Dominio. Ergo distingui potest ius renouabile vtendi aliqua re consumptibili ab illius Dominio. Ita Sotus l. 4. de iust. q. 1. a. 1. Nauar. com. 2. de Regular. n. 2. Molina tr. 2. d. 6. Palao de iust. tr. 31. d. vni. pun. 5. n. 6. Rebel. de iust. l. 1. q. 7. sect. 4. Lud. d. 2. c. 3. dub. 4. numer. 18.

49
Hoc vnicè verum puto & Fratrum Minorum paupertatem perfectissimam stabilio.

Notanter dixi, (hanc sententiam amplexum) ius renouabile vtendi aliqua re consumptibili ab illius Dominio distingui posse. Nam si & Fratrum ius irrenouabile alicui concederetur vtendi aliqua re consumptibili, non videtur, quoniam modo id ius à Dominio distinguitur. Et in hoc sensu D. Thomæ sententiam accipio. Loquitur namque Doctor de usu irrenouabili, non vero de usu renouabili, & ab alterius voluntate pendente Fateor hic Fratres Minores ius, & potestatem habere vtendi rebus, illarumque fructibus sibi concessis absque vilo tamen Dominio, quod in ipsis, vel eorum com-

munitate existat, quia illud ius & potestas, quam habent, pendet vel ex voluntate eorum, qui eas res Religioni concesserunt, vel ex voluntate Pontificis, in quem a donatoribus Dominium est translatum. Et quidem est Ioannes XXII. Prædictum Dominium à se, sedeqne Apostolica abdicauit, postmodum Alexander VI. Alijque Pontifices susceperunt. Vt habetur in priu. c. Minor. v. Paupertas. Neque in ea Extrau. Pontifex definire voluit Dominium ab usu non distingui tanquam rem ad fidem pertinentem, & quæ ab omnibus credenda, & obseruanda esset: sed quod ipse vt vir doctus verum esse iudicauit, exposuit. Addiderim, intelligi posse de Dominio quodam imperfecto, quale priuati Religiosi habent, potentes consumere rem, ac si verè Domini essent, vt annotauit Lessl. l. 2. c. 3. dub. 4. in fine.

D V B I V M II.

An Fama & honoris sit, penes hominem Dominium.

NON quidem est. Quia fama & honor sunt bona media inter vitam & bona externa, & magis accedunt ad vitam, cuius homo non est dominus Profecto sepe homines tum ratione iustitiae, tum charitatis obligantur famam & honorè tueri iuxta illud Eccl. 4. 1. *Curam habet de bono nomine*. sic Syluest. v. de reat. quæst. 3. Caiet. 2. 2. q. 73. a. 1.

Est profecto. Quia fama & honor bona sunt ex numero eorum, quæ homo proprijs factis acquirere, & diminueri potest. Ergo sunt eius potestati subiecta, sicuti subiunguntur bona fortunæ quæ propria industria comparantur. Ita D. Thom. 2. 2. quæst. 64. a. 5. ad 3. & quæst. 73. a. 4. ad 2. Adrian. in 4. q. de restit. circa finem. Sotus lib. 4. de iust. q. 2. a. 3. Nauar. de rest. cap. 4. numer. 108. & 114. Sà. v. Dominium, numer. 1. Palao tr. 31. d. vni. pun. 6. numero 5. Lessl. l. 2. c. 4. duob. 11. Hartad. de iust. d. 1. diff. 15.

Hoc verius esse existimo, nec video ob stare, quod non possis pro voluntate de fama & honore disponere: nam id etiam bonis fortunæ competit, quorum dispositio rationabilè exigit causam, ac stante causa rationabili, sicut potes bona fortunæ expendere, sic famam, & honorem. Certe fama & honor tuo dominio non subijcitur, vt prodigas, sed vt rationabiliter expendas. Quod vero aliquando contra iustitiam pecces, te infamando, id prodeit ex iniuria rei tuæ prodigalitate.

D V B I V M

DVBIVM III.

An in aliquibus casibus servus habeat
Dominium à Domino inde-
pendens.

⁵³ *Nonnulla
suppono.* Vidimus *scilicet*. 1. servos nullum per se ha-
bere Dominium, sed omnia, quæ ha-
bent, Domini esse. Verum aliquibus in ca-
sibus manifestum videtur, servos comparare Do-
minum plurimum rerum saltem imperfectum.
Etenim contrahere potest Dominus cum servo
ut ei certam quantitatem soluat ex suo labore,
& industria, reservato sibi quidquid ultra su-
perfit. Nam licet inter servum & Dominum
sub his rationibus perfecta iustitia esse non
possit: bene tamen inter Dominum & ser-
vum quatenus homines sunt. Idem dixerim, si
tacite vel expresse Dominus suo servo aliquam
quantitatem concedat velutque ut propriam
habere. Non enim concedit servo eam quanti-
tatem, quatenus servus est, sed quatenus est
homo. His præmissis requisierim, an in his ca-
sibus obineat servus Dominium eorum ita
perfecte, ut nullatenus Domino subiciatur,
sed ab eo independentem existat?

⁵⁴ *Non habet
servus ab-
solutum vl-
lum Domi-
nium.* Huiusmodi Dominium non habet. Quia lex
Id vestimentum. 25. ff. de peculio dicit, sei-
vum non esse Dominum vestimenti quotidiani.
Quia qui ab alio possidet, nihil possidere po-
test. Et §. Item nobis, instit. per quas personas
nobis acquiritur, statutum est, quidquid ser-
vus acquirit quavis causa, & occasione
Domino acquirere. Vnde Innocentius IV. in
cap. Cum olim, de privilegiis inquit servum, &
Monachum in eo esse pares, quod noster alicuius
rei Dominium habeat. sic Lelsl. l. c. 4. dub. 4.
concl. 1. & alij.

⁵⁵ *Habet pla-
ne.* Habet in præfatis n. 53. enentibus Dominium
perfectum. Quia nullibi tantum est, servum
tatione servitutis redditum esse incapacem Do-
minij acquirendi: quinimo l. 1. §. servus, ff. de
offic. Prefecti urbis, & l. ult. ff. de indic. sup-
ponitur, pecunie, qua redempti sunt, Domi-
nium habuisse, siquidem illis legibus sua esse
asseritur. Ita Sotus l. 4. de iust. g. 1. a. 2. Salon. 2.
2. q. 3. a. 1. de Dominio in fine, Ludon. Lopez p. 2.
Instr. c. 33. Molina tr. 2. d. 38. Sà, v. servus nu. 3.
Rebel. de iust. l. 1. q. 11. sect. 2.

⁵⁶ *Hæc verius
existimo.* Verior mihi hæc pars. Nam cum leges deci-
dant, acquisita à servo Domini esse, quia servus
in Domini est potestate; intelligi debent de ac-
quisitis à servo, quatenus servus est, & obse-
quium præstare Domino obligatur, secus de ac-
quisitis à servo per obsequium indebitum, per
donationem, legationem, aliamve contractum.

DVBIVM IV.

An Clerici non Religiosi habeant, Do-
minium Decimarum, Primitiarum,
aliorumque Beneficij Ecclesiastici red-
dituum.

⁵⁷ *Nonnulla
suppono.* S^uppono, Clericos quadruplex gentis
bonorum possidere posse, primum illorum

quæ iure hereditario, donatione, alione con-
tractu comparata sunt, quæque à Doctores
patrimonialia nuncupantur. Secundum, quæ
acquiruntur officij Ecclesiastici siue iurisdictio-
nis exercitio. Tertium, quæ ex redditibus Be-
neficij Ecclesiastici proveniunt. Quartum, quæ
Ecclesiæ, cui præsent, competunt. Proficito
Clerici sigillatim sumpti nullum habent Do-
minium bonorum quarti generis, sed solâ admi-
nistrationem. Quia ea bona non sunt donata à
fidelibus, ut in potestatem, & Dominium sin-
gularum Clericorum denentiant; sed ut in Do-
minium cedant communis. Si vero de bonis
primi & secundi generis sermo sit, Clerici eo-
rum Dominium habent, de illisque æque ac
seculares disponere possunt. Quia, illa bona
conceduntur à fidelibus, ut præmium & stipen-
dium laboris impensi absque vlllo onere, &
obligatione. Navar. de reddit. Eccl. s. 1. moni. 9.
2. 1. & 39. Lelsl. l. 2. cap. 4. dub. 6. num. 36. Palao
tr. 6. d. 2. pun. 5. & 6. solum est difficultas de bo-
nis tertij generis, qualia sunt decimæ, primitiæ,
alijque Beneficij Ecclesiastici fructus. Quæ-
rim itaque, num Clerici eorum Dominium
habeant?

Minime habent. Quia beneficiati absolutum
eorum Dominium bonorum sortirentur, seque-
retur posse eum fructus congruam sustentati-
onem superantes æque libere dispensare, ac
potest fructus directe ob ministerium Eccle-
siasticum concessos, quod prorsus est falsum;
sic Navar. apolog. de reddit. q. 2. per totam.

Habent omnino. Quia Ecclesia redditus con-
munes dividens tum in Fabricam, Templi, tum
in beneficiati sustentationem, censetur, Do-
minium illius partis, quam Beneficiato ap-
plicat, ei concedere; quia & frustanea esset
applicatio, & quia facta est ob officium Ecce-
siasticum à beneficiato impentum, & in sti-
pendium ac præmium sui ministerij. Sed bona,
quæ beneficiato conceduntur in præmium sui
ministerij, quasi patrimonialia sunt & eorum
plenum habet ille dominium; Ergo idem di-
cendum de Beneficij fructibus. Ita Palao tr. 6.
de charit. d. 2. pun. 6. numero. 2. & alij apud
ipsam.

Hanc eligo sententiam, asserens non idem
beneficiatum posse fructus congruam sustenta-
tionem superantes, æque libere disponere, ac
potest fructus directe ob ministerium Eccle-
siasticum concessos. Quia esto utrique fructus in
præmium, & stipendium ministerij Ecclesiastici
donentur; fructus Beneficij donantur sub eo
onere, ut ea parte, qua excedunt congruam
beneficiati sustentationem, pauperibus applice-
tur, eo quod ea pars, quæ antiquitus paupe-
ribus alendis erat designata, beneficio annexa
sit, & beneficiato applicata; quod nullatenus
procedit in illis fructibus, qui directe,
& per se ob ministerium Ecce-
siasticum conce-
duntur.

DVBIVM

ELSCOBAR
Theob. Mor.
Tom. VII. IV. II.
E. IV
6

DVBIUM V.

Redimit quis alium, pretio oblato, ab imminente morte, vel mutilatione; potest cum perpetua servituti subijcere.

⁶¹ *Potest ideo illum perpetuae servituti adigere.* Si spectato communi reum valore illius potest quidem eum perpetuae servituti. Quia non videtur obligatus pretium absolute donare in ea necessitate constituto, sed sub obligatione & pacto, ut tot obsequia praestet, quanti pretium aestimatur; Cum ergo pretium perpetuae servituti adaequet concedi poterit sub huiusmodi servitutis conditione. Alias parentibus fame pressis non liceret filios vendere, neque ab ipsis emere, contra leg. 2. C. de patr. qui filios sub distraxerunt. sic Molina tr. 2. d. 33. Nauar. summ. capite 25. numero 95.

⁶² *Minime potest.* Siue pretium in se spectatum perpetuae servituti adaequet, siue non non potest quis ob ipsum exhibitum alium mortis aut mutilationis sententiae addictum servituti perpetuae adigere: sed gratis est illud pretium concedendum. Quia patienti extremam necessitatem tenemur ei donare ea bona, quae ad illius remedium necessaria fuerint, in divisione enim rerum iure gentium introducta casus extremae necessitatis exceptus est, & sub eo onere singulis applicata sunt bona, ut proximo extreme indigenti concedantur. Injustus igitur est, qui ob pretium alteri debitum in servitutem adigat. Ita Laym. l. 3. tr. 1. c. 5. n. 6. Palao tr. 3. d. vii. pun. 9. n. 8.

⁶³ *Hoc mihi probabilius.* Satis probabilem primam reor esse sententiam, probabilem tamen secundam crediderim. Concedo namque, illum non esse obligatum pretium gratis donare in eo periculo constitutus, sed posse pro ipso obsequia ab illo exigere pretio adaequantia, modo tamen ipsa obsequia eius statum non dedeant. At cum legalis servitus & obsequia ex servitute nata ingenuum dedeant, nequit ille pretium sub obligatione servitutis, & obsequiorum servitium concedere, neque ipse obligatur eam servitutem sustinere, ut ab eo periculo eruantur; alias obligaretur gravem necessitatem sustinere, ut extremam evitaret. Idem dixerim de filiis venditis, & in servitutem reductis ob parentum necessitatem. Si enim parentes extreme indigeant, neque habeant alium de bona, quibus pretium in suae necessitatis remedium exhibitum compensare possent, nullatenus posses eorum filios emere in servos, sed gratis deberes pretium impertire. At parentibus non extreme, sed graniter indigentibus pretio, imò nec ipso absolute indigentibus cum bona habeant quibus compensent, permittitur filiorum venditio, & tibi emptio, quia eo eventus non teneris: maxime si superflua non habeas pretium donare, sed poteris tradere sub servitutis obligatione.

DVBIUM VI.

An sint licita Columbaria.

⁶⁴ *Licita non sunt.* Quia damnum commune inferunt, tum semina terrae mandata, tum tempore messis collecta abumentibus Columbis. sic Ralud. in 4. dist. 15. quae 2. concl. 5. Maior. ibid. q. 28. & alij.

⁶⁵ *Licita sunt.* Sunt licita. Quia id consuetudo recepta firmat; & qui nullum, vel leuissimum damnum censenda sunt aliorum satis, & fructibus in ferre. Ita Sylvest. v. Restitutio 3. q. 4. Caiet. v. columbarium, Saecodem num. 1. Nauar. sum. c. 27. n. 126. Sotus l. 4. de inst. q. 6. n. 4. Molin. tr. 2. d. 48. zell. l. 2. c. 5. dub. 6. num. 29. Laym. l. 3. sect. 5. tr. 1. c. 5. n. 17. q. 8.

⁶⁶ *Idem sentio.* Idem sentiens ostendo nullum, vel leuissimum damnum ex Columbariis proximo obuenire. Quia esto tempore messis vel seminis seminibus terrae mandatis & collectis alantur; id praestant absque villa proximi iactura; siquidem tempore seminis eque aluntur malis seminibus, ita suffocantibus, ac vitibus, nec granis terrae mandatis, sed in propatulo existentibus alioqui peritis. Tempore vero messis spicas erectas non decerpunt, sed grana inde decisa colligunt. Addo in cibum Columbas Republicae cedere. Denique nisi Columbaria permitterentur à quibus passim pulli auferuntur, numerus siluestrium grauiori communi damno increceret. Ex quibus manifestum est, si quod damnum columbae sui sustentatione inferunt, pluribus aliis commodis abunde compensari.

DVBIUM VII.

An inuentor thesauri in agro alieno absque Domini facultate: teneatur ante Iudicis sententiam Domino restituere.

⁶⁷ *Teneatur.* Inuentor thesauri in agro alieno absque facultate Domini: quæritur teneatur integrum Domino reddere deductis expensis ante latam ante Iudicis sententiam. Quia leges thesauri Domini agri Domino integre adjudicant, & ab inuentore auferunt non in poenam alicuius delicti, sed ne vilius audeat, Domino prædij inconsulto thesaurum ibi quaerere. Sic Nauar. sum. c. 17. num. 175. Molina tr. 2. d. 52. Couar. reg. peccatum p. 3. §. 2. n. 3.

⁶⁸ *Non teneatur.* Ante Iudicis sententiam non tenetur. Quia in poenam iniuriæ illatae Domino agri id statum est. Ergo sententia Iudicis spectanda, tur ante sententiam. Ita mercat. de contr. c. 15. num. 59. Rebel. de inst. sententiam l. 1. q. 15. sect. 2. num. 13. Laym. l. 3. sect. 5. tr. dicit. l. c. 5. num. 23.

⁶⁹ *Hanc partem duxerim veriore.* Quod aperte colligo ex lege vni. C. de thesaur. ibi. In alienis vero terris nemo audeat innare, id est, nec temerario volentibus, vel ignorantibus Domini, opes abdi. rem esse dicitur suo nummo perfermat. Quod si vobis super xerim. hoc aliquis errat dicitur, sed applicandum, aut præter huius legis tenorem in alieno agro thesaurum.

rum servitatus inveniunt, totum hoc locorum domino reddere compellatur. Expendo illa verba, Audeat inuitis, quæ denotant: sic quarentem thesaurum; delictum commississe, fodere enim agrum alienum, domino non consentiente, delictum est. Deinde pondero verbum. Compellatur. quod quidem iudicis significat actionem.

DVBIVM III.

An thesaurus inuentus non casu sed ex intentione totus cedat domino fundi si cum licentia eius quærat.

70 *Nonnulla recolo.*
R Ecolo, spectato iure naturali, & gentium, thesaurum siue in proprio fundo, siue in alieno inueniatur, integre cedere inuentoribus, quia ea, quæ proprium Dominum non habent, primo occupanti cedunt. At spectato iure communi in proprio fundo inuentus thesaurus integre competit inuentori. Inuentus fortuito in fundo alieno, etiam Principis, diuiditur per partes æquales inter inuentorem ac dominum fundi, vt in leg. thesaurus ff. ad exhibendum leg. v. Cod. de thesau. §. thesauros de inst. de rer. diuis. statuitur non in pecuniam, sed quia rationi consonum est, vt dominus fundi ex thesauro inuentione commodum reportet. At inuentus non casu, sed ex intentione totus sed. Domino fundi, vt deciditur, l. v. C. de thesau. Quæsierim vero an id verum sit, est cum licentia domini quærat.

71 *Totus thesaurus domino cedit, quamuis cum eius licentia quærat.* Quia id expedit bono communi, ne homines culturas naturales omitant, & ad malas artes inuilescant occupationes inuidentur. Sic Ant. Gomez l. 45. Taurin. §. 1. alijs relatis.

72 *Non cedit totus thesaurus domino, si cum eius licentia requiratur, imo totus cedit inuentori.* Quia eo ipso, quod licentiam impendat, quasi proprio iuri videtur cessisse. Ita Nanarr. sum. c. 17. n. 175.

73 *Ego autem celsus cum Sylu. v. Inuentum, g. 3. Molina tr. 2. d. 56. & Lessio l. 2. cap. 5. dub. 15. m. 6. odidinxerim, si sciens ibi adesse thesaurum, nec domino manifestans quærendi quis licentiam petiit, domino fundi integre cedit, ac si nullatenus licentia fuisset requisita, quia ea licentia ex errore procedens nullius est momenti. Secus vero si solum sub spe inueniendi petita licentia fuerit, quia eo casu inuentori adiudicatur, cui dominus agri suam partem visus est cedere, nisi aliter in pactum fuerit deductum.*

DVBIVM IX.

An Metallorum vene cedant primo inuentori, cum in alieno fundo reperiuntur.

74 *Primo inuentori cedit thesaurus.* Quia esto non sint industria humana ibi repositæ, sunt tamen Eschob. & Mend. Theol. Moral. Tom. 1.

tanti valoris, vt merito censi non possint vilissimo fundo cedere, argumento §. litteræ, inst. de rerum diuis. Ideoque Princeps concedere assolet facultatem eas venas quærendi etiam in prædijs alienis compensato detrimento, quod prædiorum dominis inde proueniat. Abique hac tamen facultate nullus priuatus in fundo alieno absque domini consensu venas quærere potest, & fodinas facere. Sic Sotus l. 5. de inst. g. 3. a. 3. Lel. l. 2. c. 5. dub. 12. n. 51.

75 *Hæc metallorum venæ ad dominum prædij pertinent, in quo reperiuntur, sicuti venæ, saxorum, & aquæ.* Quia ibi nascuntur, & prædij sint partes. Quocirca si prædium est fundus dotalis, quidquid ex ea vena extractum fuerit cedit uxori in dotis augmentum, iuxta l. si ex lapideis ff. de iure dot. Quod intelligo, modo aliud simile non renascatur, nam eo casu (quo rarus esse potest) inter fructus prædij mariti competentes est referendum, vt habetur l. diuorrio §. si vir. ff. solut. matr. & ibi Glossa, verum si prædium sit ex bonis vinculis, possessori competit, vt potest domino prædij quidquid ex eo abstractum fuerit: obligatur autem, ne prædium notabiliter successoribus deterius reddat, quia sub onere bona possidet vinculata. Molina de primog. l. 1. c. 23. n. 8. & Mol. nosse tr. 2. d. 54. Ita Gabr. in 4. dist. 15. g. 3. a. 3. dub. 7. Mol. citat. Layman l. 3. sect. 5. tr. 1. c. 5. n. 21. Paulus tr. 31. d. vni. p. m. 17. n. 14.

76 *Hæc sententia communior ac verior.* Cuius doctrinam intelligo iuxta ius naturale, & commune. Nam si priuatorum Regnorum, ius spectem regulariter venæ cuiuscunque metalli Re. n. or. verior gi, in sumptus communes sunt adiudicandæ, eo si mihi. lata tunc inuentori, tunc domino prædij aliqua parte. Molina etiam d. 54. consule.

DVBIVM X.

An si post factam debitam diligentiam rei inuenta dominus omnino ignotus sit, ea cedat inuentori.

77 *Si scias rem inuentam vni ex duobus, vel tribus competere, nescis tamen quoniam ille sit, proculdubio obligaris, rem illis tradere, recolo.* vt vel inter se diuidant, vel fortes mittant; vel vni applicent, alijs facta compensatione. Quia omnes illi ius habent in rem illam, esto singuli dubium, debet ergo illis concedi, vt pro dubij qualitate inter se diuidant. Quia diuisione facta, tamen si dominus certus agnoscat, non tenetur ille, cui de omnium consensu res fuit applicata aliquid domino reddere, quia iam cessit iuri, quod habebat. Porro si dominus facta diligentia debita omnino ignotus sit: quæsierim, an res illa cedat inuentori?

78 *Minime cedit, sed in pauperes, aliaque opera pia est expendenda.* Quia hæc creditur esse dominorum voluntas, vt sua bona in Dei honorem, & animarum cedant utilitati, quandoquidem eis vt non possunt. Sic D. Thom. 2. 2. questione 66. articulo 5. ad 2. Ceterum ibi, & in sum. versic. Furtum sine. Abbas ad caput si dilecti, numero duodecimo de excusat. Sylu.

ELSCOBAR
Theol. Mor.
Tom. II. V. II.
EL. IV

14 Theologiae Moralis Lib. XXXVI.

Sylu. v. *Refinitio*, 8. q. 2. & v. *Inuentum* q. 1. n. 2. Couar. *reg. peccatum* p. 3. §. 1. n. 2. Nauar. *sum.* c. 17. n. 171. Mol. *rr.* 2. d. 746. Lel. l. 2. c. 14. n. 49. Rebel. *de iust.* l. 2. q. 12. n. 3.

79 Cedit quidem res inuentori. Quia nec iure naturali, nec positio inuenta pauperibus, alijs ve pijs operibus sunt applicanda, cedunt ergo inuentori. Et quidem quod ex iure naturali nulla huius distributionis addit obligatio; ea ratione conuincor, quia hoc iure spectato, quod omnibus gentibus commune est, potius praesumitur debet, velle dominium, vt inuentor rem inuentam afferret, vt consumat cum onere reddendi, si forte compareat, quam vt in elemosynas, taliaque pia opera expendat; unde numquam recuperare possit. Minus autem ex iure positio colligi haec obligatio potest, si quidem nullus est textus, qui de his bonis inuentis disponat. Nam *cap. cum tu*, de *usu*. & *cap. cum sit*, de *iudiciis*, expresse loquuntur de iis, quae iniuste sunt acquisita. Ita Sotus l. 5. de *iust.* q. 3. art. 3. ad 2. *Ledes.* 2. p. 4. *quest.* 1. art. 5. Medi. *sum.* l. 1. cap. 14. Ludovic. *lop.* p. 2. *Instr.* c. 2. *assert.* 2. Mercad. *de contr.* c. 15. Nauar. *de ref.* l. 4. c. 2. n. 59. Sā v. *T. beauru* n. 4.

80 Ego quidem existimo secundam sententiam valde esse probabilem, priori tamen pietati valde plane, ac tutiori ad haereo, eamque iudico in probabili, praxi sequendam non ob rationem ibi adductam, sed quia consuetudinem inter fideles videminiuor, cur praescriptum, vt haec bona in pios vsus ac securior. expendantur, cui consuetudini maxime fauent varia privilegia à Pontificibus concessa Religioni S. Mariae de Mercede, Commissario Cruciatæ, & alijs, vt sub excommunicatione compellant detentores ea sibi exhibere in captiuorum redemptionem, belli contra infideles subsidium, aliaque similia, si enim pontifices conferrent nullam detentoribus inesse obligationem ea bona in pios vsus expendendi, nullatenus sub excommunicationis poena id imperarent.

D V B I V M X I.

An serui iure belli capti possint, licite fugere.

81 Certum est, seruum iniuste in seruitutem adductum licite fugere. Quia verè non certa praestitum est seruus. Imo & posse recompensationem suam operatum à Domino arripere. Et quamuis communius, ac probabilius sit, eum, qui in poenam iuste condemnatus est in seruitutem, non posse licite aufugere, non tamen caret probabilitate, quod fugere valeat, oblata occasione commoda, praesertim si seruitus sit calamitosa. Quia contrarium est durum, & supra humanam conditionem. Quæsierim vero, an serui iure iuste belli capte licite possint arripere fugam.

82 Minime possunt. Quia ea seruitus acquiritur in iniuriæ illatae satisfactionem si autem seruus aufuger fugiat huiusmodi iusta satisfactio impeditur. Sic d. Ant. p. 3. ti. 3. c. 6. Nauar. *sum.* c. 17. n. 103. Mol. d. 37.

Possunt licite fugere ad suos. Quia hæc seruitus siue acquisita, siue non sic inducta est

consensu, ac consuetudine totius orbis ita tamen, vt seruus nequeat vi domino resistere eum è fuga reuocanti. Addidi. *Ad suos*, quia sic introducta est praefata seruitus, non vero vt seruus possit dinagari. Ita Sotus l. 4. de *iust. quest.* 2. art. 2. Couar. l. 1. *variæ. cap.* 2. numero 10. Lessi. l. 2. cap. 5. d. b. 5. Hurtad. *de iust.* d. 1. diff. sic. 21.

Probabilius hoc duxerim, nec ob stare, quod dominus possit licite seruum ad suos fugientem punire. Id enim non agit in poenam fugæ tantum delicti, sed in custodiam, vt scilicet timore punitionis sit magis custodiam addictus. Addiderim hocce seruus iure Caesareo, & Castellæ, si ad suos peruenerint, ita consequi libertatem, vt quamuis post modum causa mercaturæ, aut alia ex causa ad terrâ dominorum redeant, non possint retrahi in seruitutem. Ita hoc verum esse reor, vt etiam possint ad suos diuertere, quamuis sint alijs venditi. Et idem est de filiis eorum, qui non alio titulo sunt serui, nisi quia ex eis sunt progeniti.

D V B I V M X I I.

An venatio animalium iure naturali communium possit à Principibus prohiberi.

84 Prohiberi non potest. Quia ea animalia iure naturali sunt omnibus communia, non positum, sed negatiue tantum, seu permissiue. Ergo princeps negauit eorum capturam prohibere, cum non valeat iuri naturæ derogare. Sic Hostiens. Ioan. Andreas, & Card. ad c. non est, de *decimis*.

85 Potest prohiberi. Potest equidem prohiberi eorum animalibus venatio vel pro aliquibus annis, vel pro aliquibus anni temporibus, vel venatio gerenda aliquibus instrumentis, vel scopis, vel aquæ infectione. Quia prohibitio venationis eorum animalium alias iure naturali permissa, ac licita facta aliquo modo ex dictis, imo & alijs, potest esse Reipublicæ expediens. Ergo potest fieri à supremo Principe, cui incumbit bono Reipublicæ prospicere, ita Sotus l. 4. de *iust.* q. 6. n. 4. Valq. *de ref.* c. 5. §. 2. d. b. 2. Less. quem citat, & sequitur Hurtad. *tr.* 1. de *iust.* d. 1. diff. 25. Bonac. *de ref.* d. 1. q. 3. *pun.* 7.

Hos sequor, iudicans Principem in eo alicui naturali minime derogare iuri, quo aliquid praecipitur, aut prohibetur, quod non posset, sed tantum iuri naturali, quo aliquid permittitur, seu licitum est, quod potest omnino, & sit non paucis legibus. Addiderim, Principem ita posse venationem eorum animalium prohibere, vt ipse ea prohibitionem non teneatur adhuc quo ad vim directiui, & possit licite venari, quando adest rationabilis causa, v. g. si id sit necessarium Principis ad recreationem. Quia quando subest rationabilis causa, princeps sua lege non tenetur.

D V B I V M

DVBIVM XIII.

An Animal pertineat, ad illum qui id ex laqueo extraxit, & apprehendit.

87 **A**nimal venatione captum ad illum pertinet, qui ex laqueo illud extraxit, & apprehendit. Quia illud aliis nullus sit prius capientis. Sic Nauar. sum. c. 17. n. 176. Ma- queo extraxit, Conarr. & Azor. quos affert Hurtad. tr. 1. de inst. d. 1. diff. 29.

88 Non pertinet ad illum qui ex laqueo extraxit, & apprehendit, sed ad eum, qui laqueum tetendit, quando ex laqueo se se extricare non poterat. Quia tunc vere capiti, seu apprehendit illud medio instrumento, res enim non solum media manu, sed medio instrumento capiuntur. Ita Mol. tr. 2. d. 4. 2. Lessi. Rebel. & Bonac. quos citat. & sequitur Hurtad. ubi supra.

89 E quidem credidero, Principem posse legem ferre, qua utramvis partem in duabus definiat, nempe vel quod animal illud ad apprehendentem est laqueo, & non ad tendentem laqueum pertineat, & sic dispositum est iure Cæsareo in laqueum, ff. de acquir. rerum domin. & iure Castellæ l. 2. i. 28. p. 3. Vel è contra quod animal ad tendentem laqueum, non ad apprehendentem illud ex laqueo pertineat, & sic dispositum est iure postitino Regni Lusitanie l. 5. ordin. titulo 41. §. penult. Quia Princeps magnam habet auctoritatem circa rerum externarum dispositionem, præsertim quando certum non est, ad quem iure naturæ pertineat. Vnde in quolibet loco obseruanda, est lex de venatione huiusmodi, aut habens vim legis consuetudo. At ubi non fuerit lex lata, aut consuetudo viguerit, ad ius naturale attendens, putatim, animal illud ad utrumque pertinere, scilicet ad tendentem laqueum, & ad animal ex illo extrahentem. Quia verè, & perfecte illud primo capiti, qui ex laqueo extraxit, qui verò laqueum tetendit illud primo capiti imperfecte, & inchoatiuè, & ea sua inchoatione adiuvit eum qui illud primo perfecte capiti. Ad illum vero ex duobus maior pars valoris animalis pertinebit, qui omnibus pensatis, maiorem laborem, & industriam gessit in illius acquisitione. Quando autem non potest perfecte discerni, quisnam eorum alterum excedat, valor animalis capiti ex æquo inter ipsos diuidendus. Et si incertum sit, num animal laqueo irrestitutum poterat se se ex eo extricare, non est valor animalis ex æquo diuidendus, sed minor pars concedenda est ei, qui laqueum tetendit, scilicet minoritatis incertitudinis proportionem.

DVBIVM XIV.

An licitum sit licitum, columbariorum venari columbas extra leucam.

Certum est stante solo iure naturali, & nullo positivo prohibente, licitum esse aucupari columbas ubicumque extiterint extra columbarium, quando amiserunt redeundi consuetudinem. Vnde quæstio procedit existente iure positivo Regni nostri Castellæ lib. 7. c. 7. tit. 8. Vbi non solum præcipitur, vt nemo, qui non habet columbarium, possit columbas vendere, vt sic furari eas impediatur, sed etiam imperatur, vt à nemine intra vnus leucæ spatium à columbarijs capiuntur. hoc supposito, quæserim, an qui in nostro regno illas capit extra leucam, delinquit, & ad restitutionem teneatur, quando non amiserunt redeundi consuetudinem, quia si amiserunt, certum est non peccare, nec ad restitutionem teneri.

Non peccat, nec ad restitutionem tenetur. Quia præfata legis dispositione tantum censentur domesticæ ac propriæ Domini columbarij intra leucam, non verò extra, ac proinde auferri dominium earum à columbarij Domino, alias lex illa esset iniqua, cum absque causa rationabili permitteret, vt columbæ alienæ impune caperentur, & Domino actionem contra aucupantem denegaret. Sic Sotus l. 4. de inst. quæstione 6. articuli. 4. Molina tract. secund. d. 50.

Peccat quidem ille, & tenetur ad restitutionem. Quia ex vna parte columbæ illæ etiam extra leucam sunt domini columbarij, nam etiam extra eam retinent redeundi consuetudinem, vt suppono: & ex alia parte ea leg. 7. non auferunt dominium earum à columbarij domino, nullo enim verbo legis illius id indicatur, neque ea lege conceditur licentia, vt extra eam leucam capiuntur, sed tantum prohibetur, intra eam capi. Ita Corduba qu. 121. Couarr. in reg. peccatum parte secund. §. 8. n. 16. Turrian. d. 37. dub. 2. Reginal. l. 11. cap. 8.

Hoc longe probabilius esse reor. Porro ex eo, quod prædicta lege permittatur, vt columbæ alienæ impune capiuntur extra leucam, & contra capientem actio domino denegatur est iniqua. Quia id non fit absque rationabili causa, fit namque ad lites euitandas.

DVBIVM XV.

An Domini particulares agrorum possunt, concubibus prohibere, ne collectis iam frugibus, suis in agris animalia pascant ex herba sponte nascente.

Scio, Dominum particularem sylvarum, prohibere posse ne quis inibi ligna colligat, quamuis ea sponte sint stionis.

B 2 nata

16 Theologia Moral. Lib. XXXV.

nata. Quia sunt fructus naturales sive sylvarum, aut agri. Requiro tamen an adhuc valeat suis concubus prohibere ne in suo agro pecora, vel armenta pascant, frugibus iam collectis?

95. Non potest prohibere. Quia quilibet in alieno agro potest, quod prodest sibi; & agri Domino non nocet. Collectis autem frugibus, quodnam prodest? nocumentum Domino inferri? Sic Cassian. in consuetudinibus, Burgundiae rubr. 23. §. 2. Auendaño tr. de exequend. mandat. c. 4. n. 24.

96. Id prohibere potest ubi iure aliquo positum non impeditur. Quia herba quamvis sponte nascens, est naturalis ipsius agri fructus: Ergo ad Dominum agri pertinet, potest igitur impedire, ne quis ex ea pascat. Ita Mol. tract. 2. d. 59. Valq. de rest. c. 5. q. 3. Turrian. de iust. d. 39. dub. 2.

97. Cum his opinor addens non solum posse id prohibere indirecte scilicet impediendo ingressum in suum agrum, sed etiam directe, nempe prohibendo pastum ipsum herbarum, etiam si nullum inde nocumentum agri domino adueniat, quia herba vere est ipsius, de qua ipse potest pro libito disponere. Apposui autem in conclusionem particulam illam. *Vbi iure aliquo positum non impeditur.* Quia in Regno Castellae usus receptum est, ut collectis fructibus agri maneant agri communes ad pastum unde l. 13. & 14. tit. 9. l. 7. Recopil. decretum est, ut nullus ager priuatus possit absque facultate Regis pratum fieri ad pastum, ne reliqui concives priuentur iure pascendi in eo, collectis frugibus. Potest autem fieri vinea, aut oliuetum etiam in eis locis, in quibus vinea, & oliueta adhuc, collectis fructibus, non sunt pastus communes. Quia id non est prohibitum. Is tamen, qui pascendo in pradio alieno frugibus collectis, damnum aliquod Domino inferat, ad restitutionem tenebitur.

DVBIVM XVI.

An Thesaurus in loco sacro, nempe in templo, vel cimiterio inuentus semper pertineat ex parte ad loci Sacri Prælatum, vel Ecclesiam.

98. *Sæper pertinet ad locum sacrum semper ex parte pertinet ad locum, & inter Prælatum, vel Ecclesiam, cuius sit cum sacrum ille locus. Quia locus sacer semper est Prælati, ex parte cum vel Ecclesiæ. Sic Nauar. c. 17. n. 175. Bonac. de eo diuidend. rest. d. 1. q. 3. pun. 6. nn. 5. Sylu. & Angel. v. The-saurus.*

99. Non semper pertinet ad locum sacrum ex parte, si locus sacer, in quo inueniatur sit nullius tanquam Domini, ut regulariter contingit, quāvis ad iurisdictionem alicuius nempe Prælati, aut Ecclesiæ pertineat, tunc enim totus Thesaurus ad inuentorem pertinet. Ita Valq. de rest. c. 5. §. 4. Couar. p. 3. relect. reg. peccatum §. 2. Gaspar Hurtad. tr. 1. d. 1. diff. 35.

100. *Auctoritas.* Certe non semper locus sacer ad aliquem pertinet tanquam dominum, ideoque non semper

diuidendus est inter Prælatum vel Ecclesiam, placitum. cuius sit ille locus tunc enim totus cedit inuentori. At si forte contingat, locum sacrum esse alicuius tanquam Domini, tunc erit diuidendus cum Domino, si causa sit inuentus, & si ex industria absque cessione Domini, totus est loci domino conferendus post iudicis sententiam.

DVBIVM XVII.

An Thesaurus inuentus in loco publico profano, ut in platea, in flumine, in via publica, diuidendus sit inter inuentorem, & fiscum, vel ciuitatem.

Diuidendus quidem inter inuentorem, & fiscum, vel ciuitatem. Quia pars Diuidendi huiusmodi Theauri Domino loci cedit, at locus inter cuius ille publicus aut ciuitatem habet dominum, aut Regem, cuius fisco pars erit addicenda. & fisco Sic Nauar. sum. c. 7. mm. 175. Sylu. & Angel. v. est. The-saurus.

Non est diuidendus inter inuentorem, & fiscum, aut ciuitatem, sed totus cedit inuentori. Non est Quia locus ille nullius est tanquam Domini, sic diuidenda Ita Valquez, Couar. Lessi. Turrian. & Laym. duos. quos affert, & sequitur Gaspar Hurtado tr. 1. de iust. d. 1. diff. 35.

Certe si locus ille specialem dominum habeat, ei pars Theauri adiudicari debet. At loca illa publica nullius domini regulariter sunt unde totus Thesaurus inuentori cedit.

DVBIVM XVIII.

An Thesaurus inuentus in fundo accepto in feudum, vel emphyteusim, quo ad partem pertinentem ad Dominum, diuidendus sit inter proprietarium fundi, & inter feudatarium vel emphyteusim.

Diuidendus quo ad partem pertinentem ad Dominum, inter proprietarium fundi, & Diuidendū inter feudatarium, seu emphyteutam. Quia non solum proprietarius est dominus. Sed etiam feudatarius vel emphyteuta. Sic Mol. d. prietarium, 353. Turrian. n. 43. dub. 2. Bonac. de rest. d. 1. & feudatarius. 9. 3. pun. 6. Addunt nonnulli Iurista, quoad diuidendam partem, totam pertinere ad feudatarium vel ad emphyteutam. Quia hi sunt actu domini dominio vili, & actu possident non verò proprietarius.

Non est diuidendus quoad partem hanc inter proprietarium, & feudatarium, seu emphyteutam; sed tota est proprietario adiudicanda. Quia hi non sunt absolute domini, sed tantum proprietarius, solum enim hic habet dominium absolute, & directum, illi vero tantum dominium secundum quid, & indirectum, seu vile. Ita Valq. de rest. c. 5. §. 4. dub. 2. Hurtad. tr. 1. de iust. d. 1. diff. 35.

Cum his opinor colligens, Thesaurum inuentum in fundo habito in pignus, aut conductum, aut usurarie, mensis sum. quo

quoad partem competentem domino, tantum pertinere ad eum à quo ille, qui habet fundum, accepit in pignus, vel conductum, vel usufructum. Quia iste tantum est Dominus, & non pignorat, vel conductor, nec usufructarius. Et thesaurum inuentum infundo locali quoad istam partem tantum pertinere ad uxorem, quia sola ipsa est illius domina fundi.

DVBIVM XIX.

An ius infundo latere thesaurum, possit licite cum emere pretio communi, nihil ob thesaurum latentem adiciens.

¹⁰⁷ *Potest* quidem. Quia thesaurus ante inuentionem, seu captionem nullius est, nec Domini fundi: non enim est fundi fructus: Ergo qui emit fundum attendendo solummodo ad fundi valorem, & nullatenus ad thesaurum nullam Domino fundi irrogat iniuriam. Sic D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 5. Salomon & Arag. ibi. Valq. de restit. c. 5. §. 4. dub. 2. Lessi Syluest. Bonac. apud Hurtad. citandum. & alij committere.

¹⁰⁸ *Minime* potest licite, & absque restituendi obligatione. Quia fundus, in quo latet thesaurus supposito iure positio in fauorem Domini fundi lato plus valet quasi intrinsece, quam absque thesauro latente: supposito enim eo iure, ad totum thesaurum ius habet, si ab ipso inueniatur: & etiam si inueniatur ab altero ex industria illum querente, & habetius ad dimidium, si casu inueniatur ab alio: At ius prædictum alicuius valoris est supra fundi valorem præcise: Ergo ultra commune fundi pretium, pars est ob thesaurum latentem adicienda. Ita Angel. v. *Emprio*, §. 4. Armil. v. *Inuentum*, numer. secund. Tabien. v. *Restitutio*, §. 26. Hurtad. de iustit. 17. 1. d. 1. diff. 35.

¹⁰⁹ *A* communi sententia recedens huic hæreo vi rationis impellitur. Quamvis enim thesaurus ante inuentionem, vel captionem nullius sit, nec Domini fundi cum non sit fundi fructus, tamen quia in fundo existens efficit non quidem naturaliter sed iure positio Cæsareo, quod fundus plus valeat, quasi intrinsece ratione iuris ad ipsum thesaurum, si inueniatur, ideo nequit licite, & absque iniustitia pretio communi emi à sciente, vel tantum suspicante in eo latere thesaurum. A sciente Dixi, quia ab eo ignorante, ac bona fide procedente potest absque iniustitia, & absque restitutionis obligatione.

DVBIVM XX.

An consuetudine, vel decreto Principis possit statui, quod thesauri ad Principem omnino pertineant.

¹¹⁰ *Statui* non potest. Quia thesauri iure naturali primo occupantis, seu inuenientis sunt, Eschob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.

cui quidem iuri non potest decreto aliquo positivo derogari. Sic Sylu. v. *Inuentum*. Sotus de iust. l. 5. q. 3. art. 3.

¹¹¹ *Potest* statui. Quia quamuis iure naturali gentium ad inuentorem thesauri pertineat, iure tamen positio ex rationabili causa, v. g. ad sustentanda onera, & sumptus necessarios, potest impediri ius illud naturale inuentoris, & Principi applicari. Ita Palud. in 4. diff. 15. q. 2. d. 2. Valq. de restit. c. 5. §. 4. dub. 2. Bonac. de restit. d. 3. q. 3. p. 6. & alij.

¹¹² Hoc longe mihi probabilius. De facto verò iure Cæsareo l. uni. & in iust. de rer. diuis. §. thesauros. Statuitur thesaurum in proprio fundo inuentum fieri ipsius Domini inuenientis, siue ex industria, siue casu illum inuenit, quod est iuri naturali conforme. thesauri verò inuenti in fundo alieno, si fortuito inueniantur dimidium fieri inuentoris, & dimidium fundi Domino cedere, si tamen ex industria, seu data opera requiratur, & inueniatur, totum fieri possit in fundi, nisi eius consensu cedentis iuri suo ex industria queratur, tunc enim totus fit inuentoris. Idem Castella asseruatur in Regno, excepto quod inuentori thesauri latetis in fundo Regis solummodo quarta pars assignatur lib. 1. tit. 13. lib. 6. Recopil. Vti Valquez citat. aduerit contra Couarr. qui existimat, id est decretum circa omnes thesauros, in quocumque adsint fundo.

DVBIVM XXI.

An debita incerta possit quis licite sibi retinere.

¹¹³ *Questio* volunt circa incerta debita contracta vel ex contractu licito, vel ratione rei alienæ non inueniatur sed bona acceptæ fide, vt si quis duas vinas panni pro vna bona fide recipiat à mercatore, quem non agnoscit, vel qui ob distantiam nequit conueniri, an sint soluenda pauperibus, an verò possessor, seu debitor, possit ea sibi retinere, & non soluere?

¹¹⁴ *Non potest* id sibi retinere. Quia creditor interpretatur saltem vult quod huiusmodi debita sibi spiritualiter profint, ac proinde vt egenis ad dicantur. Et quia hæc praxis ac consuetudo piorum est, quæ videtur habere positio vim legis, sic D. Thom. 2. 2. q. 62. a. 5. Valq. de restit. c. 3. §. 4. dub. 1. Bonac. de restit. d. 3. q. 3. punct. 4.

¹¹⁵ *Potest* retinere. Quia debitor potest sibi ea credita retinere. Quia non tenetur iure naturali ad eroganda illa pauperibus, Domini enim non habent eam voluntatem, sed vt asseruentur sibi restituenda, si quando constet, ad se pertinere. Alias namque non posset compositio fieri à Pontifice remittendo magnam partem debiti, vt verè fit. Nec ad id tenetur positio iure, quia non diuino, vt patet, nec humano, quia tantum extat Ecclesiasticum pro debitis vlurariæ contractis, & ad summum etiam pro debitis ex quocumque alio tractis delicto, procedit enim eadem ratio motiua pro his, ac pro illis. Ita Petr. Natar. de restit. l. 4. c. 2. n. 46. Laym. l. 3. tract. 2. cap. 9. Hurtad.

EL SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. lib. II.
E. IV

Hurtad. *tract. 1. de iust. d. 1. diffie. 37.* & probabile indicat Lessi. *l. 2. c. 14. dub. 6. n. 38.*

116
P r m a m
m i b i p a r t e m
e l i g o .

Ego quidem fateor, hanc partem probabilem satis esse. Quia quamvis hæc esset creditore incogniti voluntas, non videretur sufficere nam dum non compareret, censetur carere iure ad illa derelicta. Attamen (vbi de rebus inuentis asserui) lubet priorum vbi subscribere ea debita incerta pauperibus distribuendum. Dum enim video Pontificum compositionem eorum bonorum facere remittendo magnam partem debiti huiusmodi colligo bona illa ad debitorem minime pertinere, sed pauperibus eroganda, aut piis addicenda operibus, quorum ius Pontifex in aliud opus transfert, soluentis scilicet commoditate. Si autem debitor posset licite ea sibi incerta debita retinere superflueret Præfatus summi compositio.



CAPV T VII.

Circa Prescriptionem.

D V B I V M XXII.

An dubium circa proprietatem rei post possessionem illius bona fide inchoatam, interrumpat, eam bonam fidem ad prescriptionem requisitam.

117
Nonnulla
recolo.



Idem vs. *sect. 1. ad prescriptionem requiritur bonam fidem circa possessionem rei, vt constat ex reg. 2. iuris in 6. & ex cap. iun. de prescript. de iur. p. ex Concilio Lateran. in quo leges civiles, quæ aliquando prescriptionem cum mala fide admittunt, sunt abrogatae. bona ergo fides est credulitas, qua quis prudenter indicat, rem, quam possidet, esse suam, vel ad se pertinere. Vnde qui incipit rem possidere, & id continuat dubitans, an res sit sua vel ad se pertineat, non dicitur eam bona fide possidere, quia eam possidet absque iudicio, seu credulitate, quod res illa ad se pertineat. Igitur questionem committo, an dubium circa proprietatem rei post possessionem illius bona fide inchoatam, interrumpat eam bonam fidem requisitam ad prescriptionem?*

118
Interrumpit plane bonam fidem.

Interrumpit quidem. Quia eo dubio superueniente cessat bona fides, cessat enim præfata credulitas, quæ cum eo dubio stare non valet: Ergo si cessat, interrumpitur; nam interruptio est cessatio eius, quod ad prescriptionem requiritur. Sic Adrian. *de res. quest. de prescript. §. Hoc suppositio.* Maior. in 4. *dist. 5. q. 11. Sotus de iust. l. 4. quest. 5. art. 4.*

119
Bonam fidem non in dubio melior sit conditio possidentis rem, vt eam licite retineat, & nulli alteri deferat; non enim est, vnde cesset bona fides, qua iudicant se licite rem illam retinere. Ita Couar. *reg. Possessor. §. 7. Molina tract. 2. d. 63. Lessi. l. 2. cap. 6. dub. 3. Bonac. de res. d. 1. questio. vltim. pnn. 2.*

Cum his sententia Doctoribus adiciens tamen si eo dubio superueniente, superueniat existimaio, qua qui possidet, errans credat in retentione peccare, aut dubitet, num in retentione peccet, interrumpi bonam omnino fidem.

D V B I V M XXIII.

An ignorantia inuincibilis seu inculpabilis iuris, efficiat fidem esse malam.

Certum est, ignorantiam vincibilem, seu culpabilem tam iuris, quam facti efficiere fidem malam, & consequenter insufficientem ad prescriptionem. Quia quando adest talis ignorantia, credulitas, qua ignorans indicat rem ad se pertinere, est culpabilis, & ea existente, illicite rem possidet. Certum est item, ignorantiam inuincibilem, seu inculpabilem facti non efficere malam fidem, seu insufficientem ad prescriptionem. Quia ex vna parte est inculpabilis, & cum ea adest iudicium, quo licite possidet res; & ex altera nullum ius resistit huicmodi ignorantie, nec eam reprobat ad prescriptionem: imò ei fauet lex iuris, & lex error. ff. de iuris, & facti ignor. & lex Nunquam, ff. de vsucap. Quæstio igitur procedit de ignorantia inuincibili, seu inculpabili iuris, an scilicet efficiat fidem esse malam?

Non efficit in foro conscientie fidem malam, seu insufficientem ad prescriptionem. Quia ea ignorantia existente, non adest iudicium, quo quis illicite possideat rem, in foro autem exteriori efficit plane malam fidem, seu insufficientem ad prescriptionem. Quia ius exterius præfata ignorantie resistit. Sic Medi. *de res. q. 17.* Et probabile reputant Lessi. & Becan. apud Hurtad. citandum.

Efficit omnino malam fidem ad prescriptionem insufficientem non solum in foro externo, verum etiam in conscientie foro. Quia prescriptio nullam habet vim adhuc re ipsa & in foro conscientie nisi solo iure humano, eo enim solo est introducta, Ergo nullam habet vim adhuc re ipsa, & in foro conscientie, nisi quando ipsum ius humanum, quo introducta est, id disponit; ius autem humanum absolute & absolute vlla limitatione disponit, quod non habet vim, nec locum, quando adest error, seu ignorantia iuris, vt patet l. iuris ff. de iuris, & facti ignor. vbi dicitur iuris ignorantiam in vsucapione negatur prodesset: vero ignorantiam prodesset constat, & l. Nunquam, ff. de vsucap. ibi: Nunquam in vsucapionibus iuris error. possessoribus prodesset. Ergo quando adest ignorantia, fides iuris quamvis inculcata, fides est mala non Theologicè, sed civiliter, id est, reprobat, & fit insufficientis ad prescriptionem. Ita Couar. *reg. possessor. p. 2. §. 7. Molina r. 2. d. 64. Lessi. l. 2. c. 6. dub. 5. Becan. c. 9. dub. 5. Hurtad. de iust. r. 1. d. 2. diffie. 4. Bonac. de res. d. 1. q. vlt. pnn. 2.*

Hanc sententiam longe probabiliorem esse reor, addens, ignorantiam iuris semper efficere fidem iuris semper efficere fidem malam civiliter, seu insufficientem ad prescriptionem, non